

Ita cum meliore aetate rem publicam suam Nicaea non habuisset, labente saeculo portus qui fuerat in urbis Cemeneli locum quodammodo successit; cuius successionis primordia apparent cum in concilio Arelate habito a. 314, cui interfuerunt *Innocentius diaconus, Agapius exorcista ex portu Nicaeno* (Mansi coll. concil. 2, 476), tum luculentius in epistula papae Hilarii a. c. 465 (Mansi l. c. 7, 930), qua is omnia iubet custodire *quae super ecclesiis Cemenelensis civitatis vel castelli Nicaensis . . . decessoris mei definitivum auctoritas: nihil ecclesiarum iuri noceat, quod in altera memoratarum a praedicto fratre . . . proxime est episcopus consecratus, sed statuta correctionis forma permaneat, ut ad unius antistitis regimen praedicta loca revertantur, quae in duos dividi non decuit sacerdotes. Videtur eo tempore Nicaea primum suum episcopum accepisse, quod quamquam papa improbat, nihilominus postea mansisse probabile est, donec sublato Cemenelensi episcopio solum Nicaeense remaneret.*

Contribuimus cum Cemenelensibus Nicaeensibusque titulis repertos in agro inferiore ad oppida Eza, S. Ospizio, Villafranca, in superiore ad pagos Trinità, Drappo, S. Ponzio, Falicone, Rajet, Torretta, Scarena, Castelnuovo, Villavecchia, Levenzo. In titulo n. 7868 qui commemoratur *vio(us) Cun(tinus)* non sine aliqua probabilitate relatus est ad pagum loco ubi inventus est proximum Contes. *Almanicenses* tituli n. 7869, item *pagus Licirrus, vicus Navelae sive Naveli* n. 7923 ubi fuerint, ignoratur.

Addenda sunt quaedam de huius regionis titulis non Latinis. Exhibuit mihi Guilloteau Nizzensis inter alia quae in suburbano suo custodit Graecos titulos complures itemque Graeci artificii anaglypha, quae ibi prope effossa esse sancte asseverabat homo optimus et verax et simplex quique museum sibi parasset rebus coemptis non a negotiantibus, sed a rusticis vicinis. Nihilominus Graeca haec et arte et argumento ipsas Athenas ita referunt, ut ea translata esse Athenis Nizzam dubitari non possit, quamquam id quo modo factum sit, divinare nequo. Ita in stela supra puerum nudum palmam tenentem adscriptis ad latus his: *Ἰλαρὸς τοῦ ἰδίου συντρόφου ἐποίησε* disticha haec leguntur:

7865 Villavecchia in una capella campestre in un' ara che regge il vaso dell' acqua santa BARTOLI. Alla parte sinistra della porta della chiesa di Villa Vecchia BONIF. Mansit ibi ad a. 1869, quo a municipio Castronovensi dono oblata imperatori Napoleoni III collocata est in museo Sangermanensi.

P · S · D · D
Q · ENIBOVDIVS
MONTANVS · 5
LEG · III · ITALICAE
5 ORDINATVS · EX · EQ
ROM AB DOMINO
IMP · M · AVR · ANTON
NO · AVG · ARAM · POSV
IT · DEO · ABINIO
10 L · M

Ectypum misit Waddington. Bartoli ms. a Belmondio Benensi; Bonifassi ms. n. 8, cui descripserunt Xaverius Ci(?) et Annius Sauvais; Gazzera ms.; Roubaudi *Nice et ses environs* (1843) p. 110; Durante chorogr. p. 47; Bourquelot n. 16 (inde Henzen 6772) ex Roubaudio; Tisserand 1, 44; Sanguineti p. 210; Carlone n. 182; *Revue archéologique* n. s. 20 (1869) p. 223.

P(ro) s(alute) d(omus) d(ivinae) Q. Eniboudius Montanus (centurio) leg(ionis) III Italicae, ordinatus ex eq(uite) Rom(ano) ab domino imp(eratore) M. Aurel(io) Antonino Aug(usto), aram posuit deo Abinio — in altera est deo lorevaio — l(ibens) m(erito).

7867 ara. S. Pons in coenobio Capucinatorum GIOFFR. et RELIQUI (nel giardino di D. Cacciardi addit RICOLV.) ibidemque est adhuc. — Rep. a. 1658 Cimellae in vinea Galerae BONIF., errore opinor.

D · VES · CCIVS
CELER
CENTONDI
V S

Contuli. Gioffredo *Alpi* ms. p. 48 ex adnotationibus Barth. Richelmi; Ricolviana n. 5; Vernazza ms. a Cristinio; Millin *voy.* 2, 557; Bonifassi n. 11; Bourquelot n. 13; Tisserand 1, 39; Carlone n. 149.

Πλωτῆς ὁ πολλὰ καμὼν ἐν γυμνασίοισι | φιλάθλοισι
κεῖμαι ἀλικήστῳ παρ χθρονὶ Πειραέως,
ζωῆς καὶ καμμάτων τέρμα δραμῶν ταχῶν
οὕτω γὰρ μοῖραι κλωστὸν ἔθεντο μίτον.

Unus adhuc in universa Liguria repertus est titulus Etrusce scriptus hic: *mi su luχum ke m pulfn ril x ↑ lei n* effossus in agro Buscensi teste Durandio, quem de origine eius solum testem habemus, adservatus postea Buscae in museo Belliniano, hodie Taurinis in regio, ubi vidi. Legitur loco non adscripto in schedula saec. XVIII inter Gazzeriana, item apud Durandium *Piem. cisp.* (1774) p. 130 (inde Lanzi 2, 649; O. Mueller *Etr.* 1, 140; ego *nordetrusk. Alphabete* vol. VII actorum soc. Turic. p. 215) et Muratorium Vag. n. 184 et Ariodantem Fabrettium corp. inscr. Ital. tab. 5 n. 42; cf. Corssen de lingua Etrusca 1, 595. 758. Ego olim (a. 1853) de hoc titulo dubitabam Durandii auctoritate non satis defenso; at ipso viso dubitare desii, nec dubitaverunt de eo qui in res Etruscas data opera nuper inquisiverunt. — Imbricis unius particulae tres:

mi su
luχum
ke m
pulfm
ril x ↑
lei n

quas inventas d. 30 Mai 1872 ad Cimellam a poca distanza dalle rovine del palazzo prefettizio, sotto gli avanzi d'un antica cisterna, edidit A. Fabrettius in actis minoribus Taurinensibus vol. 7 (1871/2) p. 857. 895 seq. tab. n. 1. 2. 3, amici Taurinenses monuerunt iam constare falsas esse ipsumque Fabrettium de ea re hodie non dubitare adlatis ad se postea similibus titulis aliis certa prae se ferentibus indicia falsitatis. Haec eo minus omittenda esse duxi, quod Corssenus in libro de lingua Etrusca vol. 1 p. 522. 758 hos titulos admisit.

7866 Villa vetere in templo B. Mariae GIOFFR. Alla parte destra della porta della chiesa di Villa Vecchia BONIF. A. 1869 una cum n. 7865 translata est Parisios et collocata in museo Sangermanensi.

P · S · D · D
Q · ENIBOVDIVS
MONTANVS 5
LEG · III · ITALICAE
5 ORDINATVS · EX
EQ · ROM · AB · DO
MINO · IMP · M · AV
REL ANTONNO AV
ARAM POSVIT DEO
10 /OREVAIO · L · M

Ectypum misit Waddington. Gioffredus Nic. p. 14 (inde Mur. 106, 1), *Alpi* ms. p. 31, ed. p. 88; Bartoli ms.; Cristinius qui vidit misit Vernazzae a. 1782; Bonifassi ms. n. 9; Gazzera ms.; Risso p. 197; Roubaudi *Nice et ses environs* p. 110; Durante chorogr. p. 47; Bourquelot n. 17 ex Roubaudio; Tisserand 1, 44; Sanguineti p. 211; Carlone n. 181; *Revue archéologique* n. s. 20 (1869) p. 223.

Quae desunt in principiis vv. 8. 9. 10, iam Gioffredi tempore defuisse lectiones ipsius (8 in. FEL, 9 in. ROM) ostendunt. — 10 in. non deest nisi una littera, estque in lapide /OREVAIO, non /OREVALO.